FRANCISCI MARIÆ
PITONII
ADVOCATI ROMANI,
deinde Epiſcopi Imeriæ,
ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.
AUDITORIS;
DISCEPTATIONUM
ECCLESIASTICARUM,
IN QUIBUS

FREQUENTIORA ECCLESIASTICI FORI LITIGIA
Unà cum Decretis tam Datariæ Apoſtolicæ, quàm Sacrarum Congregationum particularium, & generalium, necnon Deciſionibus SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

PARS PRIMA.

Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, ſed etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, apprimè utile ac neceſſarium.

Es de la Libreria del Rl. Colegio de la Compa. de Jh. de Val.

VENETIIS. MDCCXXXIII.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

INDEX LOCORUM
C. CORNELII TACITI,
Quæ in Prima Parte
DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
continentur.

Ex Libro I. Annal.

LOCUS I.

Neve Tiberius vim Principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur. Diſcept. 16. num. 59.

LOCUS II.

Quos igitur anteferret tacitè poſtpoſiti contumelia accederentur? at per filios patrum odiis. Diſcept. 9. n. 58.

LOCUS III.

Non idcirco interrogatum, ait, ut divideret, quæ ſeparari nequirent, ſed ut ſua confeſſione argueretur, unum eſſe reipublicæ corpus, atque unius animo regendum. Diſcept. 16. num. 59.

LOCUS IV.

Utque mos Vulgo quamvis falſis reum ſubdere. Diſcept. 34. num. 17.

LOCUS V.

Semel placita pro æternis ſervaviſſe. Diſcept. 27. n. 2.

Ex Libro II. Annal.

LOCUS VI.

Spe victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur. Diſcept. 11. num. 25.

LOCUS VII.

Penitus noſcendas mentes, cum ſecreti, & incuſtoditi inter Militares cibos ſpem, aut metum proferrent. Diſcept. 32. num. 19. in fine.

Ex Libro III. Annal.

LOCUS VIII.

Nec omnia apud Priores meliora, & noſtra quoque ætas, multa laudis, & artium imitanda poſteris tulit. Diſcept. 4. num. 80.

LOCUS IX.

Niſi forte rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. Diſcept. 5. num. 39.

LOCUS X.

Inter Matrem filiumque, &c. occultis odiis, neque enim multo ante, cum haud procul Theatro Marcelli effigiem Divo Auguſto Julia dicaret Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat, idque ille credebatur, ut inferius Majeſtate Principis, gravi, & diſſimulata offenſione abdidiſſe. Diſcept. 9. num. 1.

LOCUS XI.

Neque poſſe Principem ſua ſcientia cuncta complecti, neque expedire, ut ambitione aliena trahatur. Diſcept. 34. num. 20.

LOCUS XII.

Sic à majoribus inſtitutum, ut ſi anteiſſent delicta, pœnæ ſequerentur. Diſcept. 34. num. 8.

LOCUS XIII.

Quoties valitudo adverſa flaminem Dialem inceſſiſſet, ut Pontificis Maximi arbitrio, pluſquam binoctium abeſſet, dum ne diebus publici ſacrificii, neu ſæpius quàm bis eundem in annum. Diſcept. 34. n. 24.

Ex Libro IV. Annal.

LOCUS XIV.

Eſſe illi matrem, & Avium propiora Conſilia. Diſcept. 32. num. 10. in fine.

Ex Libro IX. Annal.

LOCUS XV.

Venerare Domum, Egreſſibus adhæreſcere, largiri opes, honores. Diſcept. 32. num. 21. in fine.

Ex Libro XII. Annal.

LOCUS XVI.

Ea tempeſtate C. Caſſius cæteros præminebat peritia legum. Diſcept. 29. num. 6. in fine.

Ex Libro XIII. Annal.

LOCUS XVII.

Inſociabile Regnum exiſtimantes. Diſceptat. 16. numer. 59.

LOCUS XVIII.

Sed ubi Mulier vacua fuit, nectere moras, adverſam patris voluntatem excuſare, repertaq; ſpe ditioris Conjugis promiſſa exuere. Diſcept. 32. num. 25.

LOCUS XIX.

Ob res à Quadrato, & Corbulone geſtas Laurum faſcibus Imperatoriis addi. Diſcept. 9. num. 58. in fine.

Ex Libro XIV. Annal.

LOCUS XX.

Super omnibus negotiis melius, atque rectius olim proviſum, & quæ converterentur, in deterius mutari. Diſcept. 5. num. 48.

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

ADVOCATI ROMANI, deinde Epiſcopi Imeriæ, ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

PARS PRIMA.

VALENTINA DISTRIBUTIONUM.

PRO

Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi De Xativa pro veritate.

ARGUMENTUM.

Late diſſeritur, an Canonici certæ Eccleſiæ Collegiatæ vigore privilegii particularis, in quo eis conceditur abſentia per tres menſes, cum hoc, quod in tali vacantia percipere valeant *fructus, & emolumenta quæcumque Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, ac ſi perſonaliter in Eccleſia reſiderent*, poſſint percipere nedum fructus Canonicatuum, ſed etiam diſtributiones, & anniverſaria, aliaque emolumenta dari ſolita ratione intereſſentiæ.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*

2 *Canonici abſentes in vacantia trium menſium conceſſa per Concilium Tridentinum, non lucrantur diſtributiones.*

3 *Etiam ſi omnes reditus Canonicatuum conſiſterent in diſtributionibus.*

4 *An privilegium abſentiæ concedat, nec ne diſtributiones, refertur diſtinctio Gloſſæ.*

5 *Reſidentia diverſa eſt ab intereſſentia, vide num.25. & 26.*

6 *An reſidere in Eccleſia idem ſit, ac intereſſe Divinis in Choro, vide etiam n.7.*

8 *Appellatione fructuum non veniunt diſtributiones; & utrum appellatione emolumentorum quorumcumque.*

9 *Privilegium abſentiæ ſtrictiſſime eſt intelligendum, vide n.32.*

10 *Privilegium percipiendi diſtributiones in abſentia non extenditur ad anniverſaria, & mortuaria, nec ad diſtributiones conſiſtentes in pane, & vino, vide numer.33. 34. & 35.*

11 *Diſtinguuntur quatuor caſus ad dignoſcendum, an privilegium abſentiæ concedat, nec ne diſtributiones junctis n.12. 13. & 14.*

15 *In privilegio abſentiæ veniunt diſtributiones, ſi fuerit facta de illis mentio, ſi non ſpecialis, ſaltem implicita, virtualis, & æquipollens.*

16 *Ubi in dicto privilegio, præter fructus, facta eſt mentio de emolumentis quibuſcumque, tunc iſta in alio non verificantur, quam in diſtributionibus.*

17 *Maxime, quando omnes fere reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus.*

18 *Et quando alias verba eſſent ſuperflua, & redderent privilegium defectuoſum.*

19 *Reprobatur Caſtropal. exiſtimans eſſe Synonyma* fructus, & quælibet alia emolumenta *nec ſub illis includi diſtributiones, junctis n.20. & 21.*

22 *Privilegium abſentiæ conceſſum Cruce-ſignatis,* ut Beneficia ſua integre percipiant, ac ſi eſſent in Eccleſiis reſidentes, *an includeret diſtributiones, quæſtio eſt inter Canoniſtas, vide n.23. cum ſeqq. uſque ad n.29.*